Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cum haberet folia: ueniet si quid forte inueniret
in ea Et cum uenisset ad eam: nichil inuenit preter
folia Non enim erat tempus ficorum Et respondens
dixit ei Iam non amplius in eternum quisquam fructum
ex te manducet Et audiebant discipuli eius Et
uenerunt ierosolimam Et cum introisset templum
cepit eicere ementes et uendentes in templo:
et mensas nummulariorum et cathedras uendentium
columbas euertit: et non sinebat ut quisquam
transferret uas per templum Et docebat dicens eis
Nonne scriptum est quia domus mea domus
oracionis uocabitur omnibus gentibus Vos
autem fecistis illam speluncam latronum Quod au-
dito: principes sacerdotum et scribe querebant
quomodo eum perderent Timebant enim eum:
quia uniuersa turba admirabatur super doctri-
na eius Et cum uespera facta esset egrediebat-
ur ciuitate Et cum mane transiret: uiderunt
ficum aridam factam a radicibus Et recorda-
tus petrus: dixit ei Rabbi Ecce ficus cui
maledixisti arruit Et respondens iesus: ait
illi Habete fidem dei Amen amen dico uob:
quia quicumque dixerit huic monti tollere et
mittere in mare: et non hesitauerit in cor
de suo: sed crediderit quia quod dicit
fiat: fiet ei

Dominica Quarta Introitus

Dominus illuminacio mea et salus mea quem time-
bo dominus defensor uite mee a quo trepida-
bo qui tribulant me inimici mei infirmati sun-
t et ceciderunt Ps Si consistant aduersum me castra non
timebit cor meum Gloria patri et filio et spiritui sancto Sicut